UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXVIII. Tertius veniens ad causam quando dicatur venire tanquam in primâ, vel in statu & terminis, & quid juris, quando venit ad causam restitutionis in integrum post rem judicatam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

DECISIO LXXVIII.

Tertius veniens ad cauſam quando dicatur venire tanquam in primâ, vel in ſtatu & terminis, & quid juris, quando venit ad cauſam reſtitutionis in integrum poſt rem judicatam.

R.P.D. PAMPHILIO.

Toletana decimarum de Capilla. *Deciſio 17. par. 3. recent.*

Veneris 19. Februarii 1593.

SUMMARIUM.

1 *Clauſula parito judicato, importat quod prius fiat integralis ſolutio.*

2 *Tertius veniens ad cauſam quando impediat executionem rei judicatæ.*

3 *Sententia lata contra poſſeſſorem majoratus, ut præjudicet ſucceſſori, quid requiratur.*

5 *Tertius veniens ad cauſam poſt latas tres ſententias, cenſetur admiſſus in ſtatu & terminis. declara ut eod. num. 5.*

6 *Tertius veniens ad cauſam non revocat executionem factam, niſi prius obtineat.*

PÔſt latas tres ſententias contra Ducem ſeniorem Beſar ſuper jure decimandi ad favorem Archieſpiſcopi Toletani, fuerat commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum cum clauſula ſine præjudicio legitimæ exequutionis; & modernus Dux prætendens decimas iſtas ad ſe, uti primogenitum de domo, ſpectare ratione majoratus; tanquam tertius, & pro ſuo inteſſe, mediante perſona Procuratoris ad hoc ſpecialiter conſtituti, oppoſuit ſe, & venit ad cauſam appellando à ſententiis latis, quatenus ſibi aliquod præjudicium inferre poſſent, & nonnullos alios actus fecit, quouſque prædicta commiſſio reſtitutionis in integrum fuit ad inſtantiam Archiepiſcopi confirmata, ut ſtaret cum cluſula *parito judicato*; à quo tempore citrà Procura-

integrum fuit ad inſtantiam Archiepiſcopi confirmata, ut ſtaret cum clauſula *parito*
judicato, à quo tempore citrà Procurator Moderni Ducis nihil amplius egit in cauſa,
ſed obtinuit novam commiſſionem, prout in prima, ſuper juſtitia, & validitate ſen-
tentiarũ cum clauſula, *quam & quas*, *& ſine præjudicio trium conformium*, & quia pro
parte Archiepiſcopi habitus fuerat recurſus ad ſignaturam gratiæ , ut apponeretur
huic ultimæ commiſſioni clauſula *parito judicato*, & pro parte Ducis prætendebatur,
eſſe etiam delendam hujuſmodi clauſulam, *ſine præjudicio trium conformium*, cum
ſententiæ ipſum non afficiant, & tanquam tertius poſſit impedire illarum exequu-
tionem, S.D.N. mandavit, quod in Rota diſcuteretur, quomodo eſſet in hac cauſa
procedendum, & ideò dubitavi, an Modernus Dux poſſit impedire exequutionem
trium conformium, vel potius debeat procedi cum clauſula *parito judicato*.

1 Et Domini cum præſuppoſito, quod Dux modernus veniat ex propria perſona
tamquam primogenitus de domo & ſucceſſor in majoratu , vigore inveſtiturarum
antiquarum, non autem tamquam hæres Ducis ſenioris; dixerunt ipſum poſſe impe-
dire executionem, & per conſequens non eſſe apponendam clauſulam *parito judica-*
to, quæ importat quod prius & ante omnia fiat integralis executio. ut not. *in cap. fin.*
de reſt. ſpol. Staffil. de litt. juſtit. §. dicendum. num. 42.

2 Communis eſt enim Doctorum concluſio, quod tertius veniens pro ſuo inter-
eſſe impedit executionem rei judicatæ, & eſt audiendus ſuper juribus ſuis. *Innocent. in*
cap. Veniens 2. ſub num. 3. quem ibi omnes ſequuntur, de teſtibus Rota deciſ. 2. de re judi.
in antiq. etiamſi tractetur de executione trium ſententiarum conformium. *Cardin. in*
clem. ut calumniis. qu. 4. & ibi Vitalin. num. 89. & ſeq. de re judic. Rot. deciſ. 13. eod. tit. in
antiq. & deciſ. 14. de prob. in nov. Alexand. conſ. 83. num. 12. lib. 3. Gabriell. concl. 1. de re
judic. num. 19. & fuit reſolutum in cauſa Burgen. unionis 26. Novemb. 1588. coram D.
meo Orano.

3 Et iſte tertius impedit executionem nedum veniendo ad cauſam in ſtatu &
terminis in quibus cauſa reperitur, ſed etiam generaliter committendo cauſam prout
in primâ, ubi venit particulariter pro ſuo intereſſe , non autem ad alterius defenſio-
nem. *Joann. Andr. in cap. 24. num. 2. & ibi Geminian. num. 9. ut lite pend. in 6. Covar.*
ruv. pract. quæſt. cap. 13. in princip. & tenuit Rota in Corduben. ſtatutorum 24. Februarii
1590. coram D. Seraphino.

4 Maximè quod ſententiæ non loquuntur de Moderno Duce , nec ipſum affi-
ciunt, cum non fuerit citatus ſaltem per proclama, prout requiritur, ad effectum, ut
ſententia lata contra poſſeſſorem majoricatus præjudicet ſucceſſoribus juxta opinio-
nem, quam ſequitur Rota, *ut per deciſ. 3. de re jud. Put. deciſ. 91. lib. 3. & in iſtis terminis*
reſolutum fuit in cauſa Hiſpalenſi decimarum de Villalua die 15. Junii 1582. coram bon.
mem. Lauretano. Et in omnem eventum, Moderno Duci, tanquam ſucceſſori licita
fuit appellatio, ut per *Alex. in l. famil. §. divi. num. 9. in fin. de leg. 1. cum aliis allegatis per*
Pinell.

Pinell. in l. 1. in 3. par. ſub num. 50. in 3. limitatione C. de bon. mat. Præſertim cum poſſit conſiderari aliqua negligentia Ducis ſenioris, qui ſuccubuit ex eo, quod examinavit teſtes, ruſticos, & vaſallos, omittendo examinare alios teſtes integros, quos Modernus Dux examinare intendit; Quo caſu ſententias non afficere ſucceſſores in majoricatu indiſtinctè trad. *Doctores alleg. per Pinell. ſub d. num. 50. in 4. limit. & Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 8. num. 7. & ſentit Rota in d. Hiſpalen. decimar. de Villalua.*

5 Nec obſtare, quod Modernus Dux veniens ad cauſam reſtitutionis in integrum poſt latas tres ſententias, videatur feciſſe ſententias ſuas. *Put. deciſ. 71. lib. 3.* cum cenſeatur admiſſus in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, & aliter admitti non potuerit. *cap. 2. §. fin. ut lit. pend. in 6. Felin. in cap. cum ſuper num. 5. de re jud. Covar. pract. quæſt. cap. 13. in princ.* quia illud procedit, quando tertius venit ad cauſam adhærendo condemnato, & ad illius defenſionem, ſecus verò, quando venit pro ſuo intereſſe deducendo particulariter jus ſuum, quod non habeat connexionem cum jure litigantis, ut poſt *Jo. Andr. Gemin. & alios in d. cap. 2. reſoluerunt Domini in prædicta cauſa Cordubenſ. ſtatutorum,* maximè quod ex comparitione Procuratoris conſtat, ipſum non fuiſſe admiſſum in ſtatu & terminis, in quibus cauſa reperiebatur, ſed veniſſe pro ſuo intereſſe, tanquàm tertium, & appellaſſe à ſententiis, quatenus ex iis ſibi fieret aliquod præjudicium, qui eſt modus proprius, quando tertius venit, prout in primâ, cum certi juris ſit, tertium poſſe appellare etiam poſt tres ſententias *Abbas poſt alios in d. c. cum ſuper, num. 26. Dec. in c. ſua nobis, num. 10. de appellat. Covar. pract. quæſt. cap. 15. num. 8.* & tanto magis, quod in commiſſione reſtitutionis in integrum adeſt clauſula, *quam, & quas, &c.* cujus vigore poteſt procedi, prout in primâ.

6 Nec etiam obſtare, quod pro parte Archiepiſcopi prætendatur, Ducem Modernum non poſſidere, vel ſaltem dici intruſum ſtante poſſeſſione, vigore ſententiarum captâ per Archiepiſcopum vivente Duce ſeniore, quia hæc poſſeſſio Archiepiſcopi controvertitur. Et ideò Domini dixerunt, quod aut eſt facta exequutio aut tradita poſſeſſio Archiepiſcopo, & non eſt opus clauſulâ *parito*: ſed Modernus Dux audietur manente exequutione, cum nullibi reperiatur, quod tertius poſſit revocare exequutionem factam, niſi prius in cauſa obtineat: etſi interim Archiepiſcopus prætendat ſe turbari in ſua poſſeſſione, agat interdicto retinendæ, & petat mandatum de manutenendo, aut non eſt facta exequutio, & intrant ſupradicta, quod Modernus Dux impediat exequutionem.

DECI-